



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 2. Hujus Cæsaris indeles

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæcul. XVI. malo, ne mortem inferret, quædam po-
A.C. 1519. tio præscribatur, quæ tamen tempore
Cuspinian. in non satis commodo adhibita, aucta mor-
orat Funebr. bi vi, Cæsaris obitum accelerabat. Is
Joan. Ant. Imperio præserat, defuncto Friderico e-
de Vera hist. jus Patre, viginti quinque omnino annis
Carol. V. p. 21 cum quinque mensibus: Sepulturæ vero
Pallavicin. locum sibi elegit Neostadium, quo etiam
hist. cap. 12. corpus ejus delatum fuit. Binas habuit
uxores, quarum prima erat Maria Ca-
roli Burgundiæ Ducis filia, ex qua Phi-
lippum suscepit, qui ducta in conjugem
Joanna IV. Carolum V. progenuit. Obiit
illa Anno Salutis millesimo quadringen-
tesimo octogesimo secundo. Altera fuit
Blanca Galeatii Mariæ Mediolani Ducis
Filia.

§. II.

Imperatoris hujus indoles.

La Bizard. Maximilianus non modo ante adeptam
hist. gestorum supremam imperii dignitatem, sed
in Eccles. etiam postea censebatur Princeps in con-
memorabl. filiis vacillans, ac mobilis, novitatis a-
p. 18. mans, & ad magna feliciter constanter-
que exequenda ingenio imbecillis; unde
non raro tantis implicabatur turbis, cu-
risque, ut ejus conatibus nunquam se-
cundus colluderet successus. Nihilomi-
nus tamen toto imperii sui tempore ad-
versus aliquem ex suis hostibus bellum
gerebat,

gerebat, tanta tamen animi levitate, ut Sæcul. XVI.
 exiguam nominis sui famam sibi conciliaret, præterea in sumptibus erat immoderatus, atque in benignitate usque ad immodicam profusionem liberalis. Fertur, Literatos impense fovisse, atque ex ipsius calamo quædam poemata, ac vitæ suæ commentarios profluxisse (*).

A.C. 1519.

§. III.

(*) Benevole Lector! quam insignibus corporis, animique dotibus Maximilianus Imperator memoria æterna dignus, fuerit prædictus, pañim non modo a Germanis, sed & Gallois quoque Scriptoribus discere potes. Omnes uno ore in eo de prædicant summam in Deum Religionem, in subditos amorem, mansuetudinem, & clementiam in hostes, in omnes justitiam, raram in Principe continentiam, singularem literarum cultum, atque eximiam in administrando imperio prudentiam; Primus ipse Cameram Imperialem, ut vocant, instituit, saluberrima edidit decreta, judicii formam emendavit, atque imperium in devem circulos divisit; ut taceam plura alia, quibus nominis sui famam in omnes temporum ætates commendavit. Hunc ergo tamque præclarum Principem & Continuatore non modo absque omni debitæ laudis memoria exhibitum, sed etiam indigno prorsus modo inconstantie notatum, abs dubio indignaberis Lector; nec

Dd 4

tamen